Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

urn:nbn:de:bsz:31-108793

Visual Library

E M 82

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E. M.
82

Aspirationes Mentis et Cordis quibus Anima Super se Levatur et in amorem Divinum rapitur.

Authore

P. Germano Cartier Benedic-

tino

Anima ab amore sanctæ transformatur

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Ich seh Ihr junge
Dam[illegible] ist gnung
[illegible]
[illegible] Ihr Ihr einmüge Conl-
sher verlangt glückseelig zu

Ad Lectorem
PRAEFATIO

2

Vera hominis felicitas in eo sita est, ut fini suo ultimo, qui est Deus, intimè jungatur, qua unio non nisi cordis affectibus non nisi animi amplexibus, verbo non nisi amore perficitur; Eò certè collimant præsentes aspirationes, quippe quia universis desideriis et animi amore conquantis abundant suspiriis. At quia voluntas nostra cæca est, ad nihil velle aut amare valemus, cujus notitiam non habemus; ignoti enim nulla cupido, hinc per hujusmodi aspirationes prius mentem illuminare, tum corda ad divinum amorem accendere enixi sumus; quam ob causam aspirationes mentis et cordis eas nuncupare placuit. Porrò cùm divina attributa ignem divini amoris spirarent; neq enim fieri potest ut quis in iis contemplandis animum suum serio occupet, quin inde incalescat, et totus erga Deum amore fervescat; hinc est, quòd ea attributa tanquam aptissimam præsentium aspirationum materiam elegerimus; atq in iis contemplandis toti incumbamus,

a.

non ignari, quòd ex eorum contemplatione co=
gnitio, ex cognitione verò amor velut ex igne
calor profiliabt.

Cæterum quod harū aspirationum usū spectat,
~~Arbitramur~~ ~~ea~~ magno cum emolumento ~~adhiberi~~ ~~est~~, eas ~~volentes~~ loco medita-
tionum ab iis, qui in via unitiva ambulant, usur-
pari posse. Duo quippe ad meditationem ītè
perficiendam sunt necessaria, nempe illustratio in-
tellectus, et motio voluntatis; at utrūq; hoc
ab his aspirationibus haberi posse, propria
quisq; sentiet experimento, qui ~~eas~~ ~~insistere~~ vo-
luerit. Sed neq; obstat, quin ei, qui in via
illuminativa gradiuntur, aut adhuc in purga-
tiva detinentur, fructuosè illis uti valeant,
nam cognitio Dei, qua ex præsentibus aspirationibus
non exigui requiritur, divinitus ingeneratur amorem, amor verò di-
vinus desideria terrena prorsus extinguit, adeo quidem, ut
quanto quis in amore
Dei magis proficit, tanto plus à creaturis de-
ficiat, et ab earū inordinatis affectibus defi-
ciat.

Vt autem confusio vitetur, aspirationes istas
primùm quidem per capita, deinde verò singulas
per tria puncta disposuimus; Non obest tamen,
quin nonnunquā plures aut pauciores legi pos-
sint, prout nimirum mens citius aut tardius
igne divini amoris se senserit inflammatā, ubi
enim inceperit cor incalescere, et ferga Deū inardesca-
re, ibi suavitatem est, ut de dulcedine divini amo-
ris amplius degustetur. De hoc autem divi-
no amore pauca disserenda consultū duximus,
primùm in memoratis aspirationibus animū inflamma-
mus, ~~efficiamur~~ enim nempe eò avidius iis operā
dabimus esse, quo majorem notitiā de præstantia ac
utilitate divini amoris, ad quē illæ unicè tendunt, ha-
bituri est.

~~Dissertatio~~
~~Brevis Dissertatio~~
de divino amore

~~Amor divinus tantus et talis est ut nec~~
Nec Nulla lingua valet dicere nec ulla littera exprimere quãtg sit amor divinus
~~Lingua valet dicere nec littera exprimere, quantus et qualis est~~
~~amor divinus~~
est enim verè manna absconditũ, quod nemo
novit nisi ~~accipit~~; Sive namque ~~enim~~ fruendo ejus 7 qui in oculo degustat b.
excellentiã, sive ejus utilitatem, Deutes, semper ~~tamen~~
excedit omnem intellectum, Et ut ab
ejus excellentia ordiamur, quid obsecro
præstantius, quid dignius, quid sublimius
amore divino vñ ipse net Deus est, di-
cente apostolo: Deus charitas est, et qui
manet in charitate in Deo manet? Et 1 Jo. 4
magnificentius nobis amor divinus comẽ
dari potuit, quam, ut dicatur: Deus
charitas est, ~~Deus amor est~~? Ecce quan
tum bonum possidet, qui amore divino
fervet, nempe bonum illud possidet,
quo nihil melius, nihil ~~majus~~, nihil subli-
mius, nihil desiderabilius excogitari
potest. Magna igitur res est amor divi-
nus, magnũ omnino bonũ, quod superat
omne bonũ. Certè si dederit homo omnẽ
substantiã domus suæ pro dilectione, Cant. 8
quasi nihil deficiat eam: imo si dederit
seipsum adhuc parũ est; amor enim divi-
~~nus superpretiabit pretium universa~~

mus superaddatur omnia creata quæ
sunt in cœlo et in terra. Nihil igitur
ditius, nil felicius eâ ânimâ, quæ di-
vino actuat amore. habet enim omnia
in omnibus, quia bonū illud possidet;
quod est bonū bonorū omniū, ~~et unicum~~
~~et vnicum~~ ~~bonum~~

quid porrò prestatius
quid felicius quam
quæ Deum habet

Sed et amoris divini præstantia nati-
ne "ex" eo elucet, quod sit finis omniū
virtutū, omniū mandatorū, omniū
consiliorū divinorū. ~~adeoquidem ut quem~~
admodū "enim" cibus ad sustentandū corpus, vesti-
mentum ad tegendā nuditatem, medici-
na ad reparandā sanitatē data et sunt,
sic tota lex omnesq; scriptura divina
ad dilectionem Dei ordinātur, ~~imo toc~~-

Rom. 3 ~~tum et terra~~ plenitudo enim legis est
dilectio. Imo cœlū et terra, et omnia,
quæ in eis sunt bonitati famulantur, ut
Deo ferventius serviat, et cū et toto
corde diligat.

Præterea amor divinus non tantum finis
est omniū virtutum ac donorū dei
sed etiā perfectio, et veluti anima eo-
rū; hinc non immerito amor divinus

nuncupatur radix omnium meritorum,
tolius vitæ spiritualis, ita, ut, quod est
radix arbori, hoc sit amor divinus ani-
mæ fidei. Sicut enim virgula non habet
arboris rami, nisi vt à radice mutuant
sic anima nostra nec vitam nec meritū
habet, nisi quantū amor divinus ei tri-
buit. Si linguis hominū loquar, ait
& angelorū ait apostolus, charitatem
autem non habeā factus sum velut æs
sonans, aut cymbalū tinniens: Et si ha-
buero prophetiā & noverim mysteria om-
nia & si habuero omnem fidem, ita
vt montes transferā charitatem autem
nō habuero, nihil sum; Et si distribuero
in cibos pauperū omnes facultates
meas, & si tradidero corpus meum, ita
vt ardeā, charitatem autem non ha-
buero, nihil mihi prodest. Vides ~~igitur~~,
quomodo omnia sint in fructuosa coni
Christiano, quod vacuum est amore
divino. Vides è converso quod omnia Dei
dona dignitatem suā amori divino ac-
ceptam referre debeant. Ama, ait au-
gustinus, & fac, quod vis, quidquid enim ex
amore fit, meritorium est coram Domino; unde
apostolus monet: omnia vestra in charitate fiant:

C.

1. Cor. 13

in orat. de div. amor

1 Cor. 16

Deniq; præstantiã divini amoris commendat ejus potentia ac fortitudo. Quid potentius, quid fortius morte, cui omnia cedunt? Et tamen fortis est ut mors dilectio Cant. 8. est. Sicut igitur mors victrix omniũ de omnibus triũphat, sic amor divinus omnia superat. Festæ sunt SS. martyres, quæ hoc amore absorpti, de interitu corporum suorũ interitu non curabant, ac inania tormenta cũ gaudio perferebant, quidam quorum unus, dum super ardentes carbones iniicere cogeretur, sic aiebat: videtur mihi, quod super delitiosas rosas deambulem; acies verò dum uteretur ad impiissimũ tyrannum dixit: carbones isti non dolorem, sed refrigerium mihi præstant; nempe, ait S. Leo papa: Superari charitas Christi flammã non potuit, et fortior fuit ignis, qui foris ussit, quã qui intus accendit. Quid igitur excogitari potest tam durũ tam ferreum, quod amoris igne non vincatur?

Porro utilitatem divini amoris quod spectat, magna profecto est. Quid enim utilius, quid salubrius; quid desiderabilius, quam quòd anima hoc amore inebriata cum Deo intimè uniatur, et in Deum transformetur, charitas enim, ut ait Dionysius, efficit amantem unum esse spiritum cum amato; unde et Apostolus ingerit qui adhæret Deo unus est spiritus cum eo; talis quippe quisque est, qualis ejus dilectio, ait Augustinus; terrā diligis, terra es, Deum diligis, quid dicam, Deus es? non audeo dicere ea me, Scripturas audiamus: ego dixi, dii estis, et filii altissimi omnes. Quis iam altiorem adipisci potest dignitatem aut uberiorem consequi utilitatem, quam ut transformetur in Deum, atq; cum Apostolo dicat: vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus.

Ita q; Charitas ista efficit hominem Deo penitus introversum eiq; summè intentum, ac proinde ab omnibus carnalibus cupiditatibus liberum, cunctaq; terrena fastidientem; consumit enim amor Dei subitò amorem seculi, et cor quod mystico incendio arserit, nihil amoris carnalis concupiscit. Et quia delectabile est deu conferre cum eo, quem diligimus; ideo homo hoc igne vehementer succensus, orationibus meditationibusq; libenter

¶ hanc in primis contemplamur ea,

Dionys. cart. Sal. relig. a. 2.

Tract. 2 in 2. Jo.

incumbit, quarum ope tranquilla conservatur conscientia, augetur gratia, accumulantur merita.

Accedit, quòd amantis Deum oratio coelos penetret et quidquid petierit à dulcissimo Jesu facilè impetret; charitas quippe ut modò diximus, efficit amantem unum esse Spiritum cum amato, atq; utriusq; voluntatem adeo unit et transformat, ut idem velint, et nolint, quo fit ut anima amore ferventes nunquã à dilectissimo Deo repulsam patiantur, sed eorum postulata facilè efficiantur impetrata.

Praterea amor divinus brevissima ac facillima via est perveniendi ad conscientiæ munditiã dicente
1. Pet. 4 apostolo: Charitas operit multitudinem peccatorum, unde et de muliere peccatrice dictum est:
Luc. 7. remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: amor quippe Dei ignis est consumens, quem Jesus amantissimus animarum Sponsus misit in terram, id est, in corda hominum per Spiritum S. qui datus est nobis. Quemadmodum autem ignis iste materialis eò velocius humiditatem absumit quò ardentior fuerit, sic amor Dei, quantò in corde hominis amplius exarserit tanto citius peccati consumit. O vis divini amoris quàm facilè montes terrenis sordibus inquinatos purificas, ac tepida corda subitò in flammas pietatis excitas! O quam citò carnalis concupiscentiæ exuitas!

contra impetus attingeritur, si animus tuo incendio
concremetur. Quales enim qui prius pravas affectio-
nes suas per multos labores domare non potue-
runt, nunc divino amore succensi eas in facilio
contemplationis facile superârunt.

Jandem sint catera divini amoris emolumenta
taceam: solet hic Divinus amor animam salu-
briter vulnerare et desideriis jaculis perstrepere, q intimè
ita ut nonnunquam exclamet: vulnerata
charitate ego sum. Jdcirco Augusti-
nus dixit ad Dominum: Sagittaveras tu cor meum
charitate tuâ, et clamabam alto cordis mei cla-
more in pace in idipsum dormiam et requiescam.
O in pace! o in idipsum! Tu es enim idipsum,
qui nunquam mutaris, in te solo vera requies, fe-
licem obliviscì universorum laborum... Ah
sero te amavi ô pulchritudo tam antiqua,
tam nova, sero te amavi! Hujus etiam amoris
sagittis confixus erat, qui dicebat: Sicut de-
sîderat cervus ad fontes aquarum, ita desi-
derat anima mea ad te Deus: sitivit
anima mea ad Deum fortem vivum, quan-
do veniam, et apparebo ante faciem Dei.
Sed unde tam vehemens sitis? nisi ex dul- q tam ardens desiderium?
cedine divini amoris? O dulcedo miranda,
quam potens est tuum incendium, quam
suave vinculum, quam felix experimentum!
qui te habet, omnia habet, qui te non
habet, nihil habet. O bone Jesu, quam

dulcis est amor tuus, o quam suaviter affi-
cit animam, ~~deprædet~~, ut præ dulcedine eam
à sensibus carnis sæpe reddat elevatam; sed
verè te o dulcis amor posset acquirere,
qui ~~nihil~~ præter te aliquid in hoc mundo
voluerit amare. Tu enim cor humanum
aut solus inhabitas, aut non solus ingredi
recusas. Hæc ideo sicut parva pendamus,
et in nobis tantum divini amoris incitamenta
inveniamus, ut, sicut ferrum in ignem missum
velut transformatur in eum, sic et nos
transformemur in ~~dilectum~~ Deum nostrum,
tunc enim cum apostolo dicere poterimus: quis nos separabit à charitate
Rom. 8 Christi? ~~De~~ neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq;
principatus, neq; virtutes, ... neq; creatura
alia poterit nos separare à charitate
Dei, quæ est in Christo Jesu Domino
nostro. Contemptis igitur omnibus mundi
negotiis studeamus divini amoris exerci-
tiis ~~frequenter~~ insistere, ut dum vi-
ventes in carne Deum super omnia
diligimus, post mortem in suæ Majes-
tate illum sine fine cum sanctis videamus.

cum Sanctis

Caput 1.mum

Aspirationes ad Deum tan= quam finem ultimum.

1. Credisne ô anima mea, te eo fine creatam, ut in Deum summum bonum tanquã in centrum tuum toto impetu ferare? 2. Credisne eâ te lege vivere debere, ut in æternũ eo frui mereare? 3. Credisne, ipsum esse abyssum omnium bonorum, atq; ~~solum sufficere~~ ne ~~fatiare~~ desideriis cordis tui? 4. Credisne extra illum omnia vana esse, ac proinde prorsus contemnenda, quemadmodum quidam ait: vanitas vanitatum et omnia vanitas præter amare Deum? Ah credo Domine, adiuva incredulitatem meam, credo, et simul defleo dementiam meam, quòd exiguos riuulos sectari soleam; te vero torrentem omnium ~~delitiarũ~~ non magis sitiã. Heu in rebus levissimis decipi indignum arbitror, et in re tanti momenti, quanti est dilectio Summi infiniti ac immensi boni me ipsum fallo! Ah Domine Deus da mihi, ut ~~amem~~ te semper, diligam, quantum dignus es

2. Quando obtuero Deum tuum faciem?

3. Solũ sufficere posse ~~solum~~.

Imit. Christ. lib. 1. c. 1

Terrenæ voluptatis ~~terræ parum~~ delectabilium

amari. Fac, ut tu solus tota sis intentio mea, unica spes mea, omnis delectatio mea.

2. Credo itaq; Domine, credo te unicū esse finem meum: Credo te esse verum, propriū, naturalem locum, sedem, ac centrū ~~divitis~~ animæ meæ, ~~in quo ipsa per suā ideam ab æterno quievit~~, à quo tempore creationis effluxit, in quod redire debet et in quo solo tandem conquiescere potest. Sed heu quanta est cœcitas mea! ego ad hoc conditus sum, ut fruar te summo bono meo, jamq; in hoc exilio tibi uniar, ac futurā beatitudinē quodam modo prægustem. ~~Ad~~ hoc data est mihi memoria, ut tui recorder, ~~ad hoc~~ concessus intellectus, ut te contempler, ~~ad hoc~~ ~~practica~~ voluntas, ut te unicè diligam; et tamen has animæ vires in me marcescere patior, easq; veluti in putenti cœno immergo, dum ad res infimas cogitandas et amandas me demitto. Ah confiteor adversum me insipientiam meam domino, sed tu clementissime Deus ignosce erranti, illucesce cœcutienti: Saucia, ah saucia interiora cordis mei iaculo amoris tui, ut te semper cogitem, tui semper recorder, te semper ambiam, ad te perpetuò anhelem, et sic in te jugibus deliciis affluam.

3 O dulcissime Deus, quid impedit cor meum, quod non semper tendat, et currat ad te? Quis ore te ditior, quis potentior, quis sua bona liberaliùs communicat?

Quænam igitur catena tam fortis, ut me impedire queat, quò minus ad tantum bonum properem, et in eo delectter? Si amor sæculi, et omne, quod in eo reperitur, nil aliud est, quàm flos agri, guttula maris, momentum stateræ, quam ne puto potérit res adeo exigua impetum cursus mei ad te vastissimam bonorum abyssum retardare?. An parva quædam palea lapidē in aere detinebit, quò minus ad centrum suum recurrat? et ego patiar, ut levissima palea s. negotium aliud est, quidquid in hoc mundo videtur magnificum? impediat curſum meum ad te, qui es ultimus et desideratissimus finis meus, centrum animæ meæ, ac omne bonum meum. Ah non patiar Domine, non patiar: ecce omnia præter te relinquere, et tibi soli adhærere cupio; Suscipe me Domine secundum eloquium tuum et vivam, ac quiescam in te: et non confundas me ab expectatione mea. psal 118

Caput 2dum

~~Alia aspirationes ad Deum~~
~~tangit finem lectionis~~

Continuatio earumdem Aspirationum

Quemadmodum, ô Domine Deus meus,

prima et Suprema causa efficiens es
omnium creaturarum, ita pariter finis
es ultimus earum; Vnde sicut totum esse
meum à te est, ita et totum illud ad te
solum referrē, tibiq; unicè vivāre, ac inti-
mo amore coniungāri debeo, quod tantò ma-
gis cura ac cordi mihi esse debet, quò certior
sum, quòd in hac unione omnēs meā bea-
titudō, verā quietē animæ meæ, ac omne
bonum meum consistat. Cur igitur om-
nes delectationes ac illecebras huius vitæ
in comparatione tanti boni, non ut sor-
des aut stercora arbitror? O clementissi-
me Domine effice, ut non mea mihi aliud
cogitet, nec cor meum quidquam appetat,
nisi te, qui es ultimus finis meus, et sola
ac vera requies mentis meæ. O ut intelligā
magnitudinem, excellentiam, ac sublimita-
tem tuam, quò spretis omnibus caducis, ad te
summum, Supremum, sublimem, nobilis-
simum incomprehensibilem, super omnia
desiderabilem finem, ac omne bonū meū
perpetuò uniri suspirem, et in te conqui-
escere semper desiderem.

2. Domine Deus meus video ignem inclu-
sum omnia veluti perrumpere, donec ve-
niat ad locum suum naturalem, cur
et ego creaturarum retia non disrumpam,
ut ad te veniam, et tibi uniar, qui es lo-

oportet, ut

ut omnes cogitationes meæ ac desideria cordis mei non alio ferantur nisi ad te

cus quietis meæ; tu es enim ô dulcissime Deus finis ultimus meus, omnis mea beatitudo, meta et terminus omnium mearum viarum, scopus omnium meorum affectuum, illicitum omnis amoris mei, satietas omnium meorum desideriorum, et salus unica animæ meæ. Heu quî fieri potest, ut ad te perpetuò non anhelem, te semper non cogitem, te intimè non diligam? O me rudem! ô me stolidum! quid umbram sector, et lumen relinquo? quid modicas aquæ guttulas sitio, cum habeam mare prorsus immensum quòd solum sufficit meam restinguere sitim? Ah amantissime Deus deficiant, obsecro deficiant vitiosa cordis mei affectiones, emoriantur in me adulterinæ consolationes, ut tu solus vivas in me, et ego in te solo conquiescam, te solum sentiam, et in te solo delectationem meam capiã.

3. O Deus meus! ô beatitudo mea! ô finis meus! o summum bonum meum! cur tibi uniri non desidero? quid extra te ambio? quid quæro? quid cupio? nunquid voluptates sæculi? at breves, et exiguæ sunt; neque enim nisi unum afficiunt sensum; fallunt, nec præstant, quòd promittunt; non tranquillam sed inquietam reddunt animam; omnis enim animus qui

peritura hujus Sæculi bona Sectatur, inquietudine repletur, dum ea assequi-tur, et dilaniatur, dum eis orbatur. Tu verò ô amantissime Deus, tu ea es voluptas quæ totum prorsus hominem Spiritualiter recreat, tu es bonum æternum, nemo enim te perdit, nisi qui volens te deserit: tu es verum gaudium; hinc qui in te oblectatur, ~~non habet quod metuat~~, sed securus ac immotus in te stabit, quies beatitudo interminabilis, et felicitas æterna. Ah Domine Deus abdicat, quæso, mentem meam ab omnibus, quæ sub cœlo sunt magna prorsus delectionis tua: adeo, ut penitus obliviscar rerum transeuntium præ magnitudine amoris tui, atque in te solo ultimo fine meo stabiliar, et quiescam.

non solum ineffabili suavitate perfunditur, sed etiam ingenti securitate tota tranquillitate et fortitudine repletur de magna tranquillitate tota repletur

Caput 3.tium

Aspirationes ad Deum ob ejus essentiam ineffabilem

7 Tu solus es qui

1 Tim. 6.

1. Domine Deus verè lucem inhabitas inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, quo fit, ut te, sicut oportet, cognoscere nequeam. Sed nec invenio cui te assimilare possim. Non es Splendidus sicut

lux hujus solis visibilis, non habes eam
elegantiā, quam in floribus miramur, nec
eam venustatem aut amoenitatē, quā in
campis et silvis intuemur, nec eam pulchri-
tudinem aut formositatem, quam in homi-
nibus caterisq; creaturis ~~capedimus~~, sed alia
tibi inest elegantia, alius decor, alia amoeni- + alius Splendor
tas, alia ~~pulchritudo~~, quā nec coelestes spiritus
capere possunt. Neq; es dulcis, sicut sunt
suaves cantilenæ, quæ afficiunt sensū, sed aliā
habes dulcedinē et suavitatē, quæ exsuperat om-
nem captum. Neq; magnus es magnitudine
et quantitate molis, sed magnitudine poten-
tiæ et virtutis, quæ transgreditur omnem in-
tellectum. Sed nec bonus, nec sapiens boni-
tate et sapientiā, quam in Angelis suspicimus;
hæc enim, cùm sit limitata, à tua, quæ limi-
tem nescit, in immensum distat. O Deus in-
finite, quam ineffabilis, et incomprehensi-
bilis es! Equis potest esse similis tibi?
Gaudeo sanè, et exulto, quòd esse tuum
sit adeo illimitatum, et infinitum, ut, quid-
quid spectabile creasti in mundo, tecum nul-
lo modo comparari queat. O si te etiam tan-
to amore prosequerer, ut nullus terrenus amor
cum eo conferri posset, quàm beatum me exis-
timare deberem.

2. Verum ô Domine Deus, quamquam nihil habeas simile tibi, per quod ad tuam notitiam pervenire possim; nihilominus coeli enarrant gloriam tuam, et potentem manum tuam ô annun-
Ps. 18 firmamentum; atque, ut cætera taceam,
4 opera manuum tuarum i. dest Kamp. in h. ps. v. 1 omnia ossa mea, arteria, et vena mea, or-
nes fela, ac particulæ membrorum meorum sensusq; omnes hoc testantur, quòd sis Deus et non sit alius, qui sit similis tibi, qui-
pe qui esse, quod habent, dare illis potuisse nisi tu tribuisses, sed quantus et qualis sis, edicere nequeunt; quia nempe ineffabilis es. O quàm stupendū, et quàm immensum bonū illud esse debet cujus immensitatem nulla creatura exprimere valet. Domine Deus erubesco quòd hactenus tam parùm, tam remissè tibi intende-
rim. Quid, obsecro, cogitabo sublimius, quid amabo melius nisi te, qui es adeo sublime, adeo excelsum, adeo ineffabile bonū.

3. Mihi igitur, o amabilis creator meus, sufficiat scire, quòd sis Deus, quòd sis, qui es, nec tuum esse ab alio, sed à te ipso habeas, atq; inde adeo quòd sis ab æterno carens ullo fine et termino, sintq; æterna et in æternum dura-

tura omnia bona, quæ sunt in te, apud te enim non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Hoc scio Domine, et hoc summopere solatur animam meam; quantum enim solatium animæ meæ, posse possidere bonum, quod non desinet in ævum, nec ab ea auferetur in æternum. O stoliditas mentis meæ, quod hactenus rebus perituris, et bonis volubilibus hujus sæculi cor meum apposuerim, tibi vero ô Domine Deus, qui es verum, ac æternū bonū meum unicè non adhæserim. O Deus meus, ô dulce solatium cordis mei, ô amabile lumen mentis meæ, illucesce mihi, ut in meridiem clarissimum vertantur tenebræ cœcitatis meæ. Da mihi, obdormire in sinu amoris tui, ibiq; terrenarum rerum penitus oblivisci; nihil quippe mihi melius, nihil utilius, aut jucundius, quam tibi, ô summum ac æternum bonum meū intimo amore conjungi. Jac. 1.

Caput 4tum

Aspirationes ad Deum ob ejus perfectionem.

1 O Dulcissime Redemptor Christe Jesu, dixisti: nemo bonus, id est, nemo perfectus, nisi Deus; tu es enim o Deus meus, te ipso perfectus, semper perfectus, ex omni parte Luc. 18.

perfectus, quia tu solus es actus purus nihil ha=
bens admixtum potentiæ, quemadmodum creatu=
ræ; in te enim est omnis gradus nobilitatis,
omnis gradus excellentiæ, omnis gradus ma=
gnitudinis, omnis gradus potentiæ verbo
omnis gradus perfectionis, et nihil est in te,
quod ulterius perfici ~~queat~~ possit, quia omnia in
te sunt infinita, et prorsus immensa quo fit,
ò amantissime Deus, ut etiam infinito amore
sis dignus. Hæc credo, hæc ultro fateor Domi=
ne Deus meus, et tamen in tuum amorem
needum rapior. Domine ante te omne deside=
rium meum et gemitus meus à te non est abs=
conditus. Ah medullas torpentis animæ meæ
flammis salutaribus adeo succende, ~~ut totus~~
~~tui amore ardens~~ lacrymas te requiram die ac nocte,
nec desistam, donec te inveniam.

4 ut totus tui amore ardens

2. Domine Deus meus Sicut omnis per=
fectionis es origo, sic in te ipso perfectissi=
mus es, cùm tibi prorsus nihil desit ut sis Deus.
Non potentia, non virtus, non sapientia, aut quæ=
vis alia perfectio, cùm tuum esse divinum sit
ipsa potentia, sit ipsa virtus, ipsa Sapientia,
ipsa bonitas, ipsa nobilitas, ipsa pulchritudo,
ipsa magnitudo, ipsa plenitudo boni et perfec=
ti. Ecce tantus et talis es ò Sponse animæ meæ
verè diligendus super omne id, quod non est Deus,
quis enim similis tibi in bonitate, in pul=
chritudine, in potentia, in suavitate, in di=
opulentia, cæterisq; mirabilibus tuis. Ah te invocò in

~~obiectum~~ magnitudine ~~Abbe te amore in~~
animam meam, o Summum ac perfectum bo=
num meum. Da ô dulcissime Deus, ut tui
amore totus à me ipso deficiam, te solum
sciam, et sentiam, in te solo exultem, et
conquiescam.

3. Credo Domine Deus meus te in magni=
tudine immensum, in virtute omnipotentem
in bonitate summum, in sapientia inæstima=
bilem in pulchritudine super omnia deside=
rabilem, in dulcedine ineffabilem, in judiciis
terribilem, in consiliis incomprehensibilem
in operibus miirabilem in splendore sereni=
tatis tuæ inenarrabilem in Majestate tua
summè spectabilem. Credo te absque fine et prin=
cipio æternum, sine extensione omnia implentem,
sine situ ubique præsentem, nihil te superius,
aut majus habentem, atque per omnem, et su=
per omnem modum cuncta, quæ bona sunt pos=
sidentem, ~~verbo~~ infinitè perfectum. Hæc credo 7 in omnibus
Domine Deus, et procidens coram te, adoro, ac
veneror te; et quia dignus es omni amore, ideo
cupio te amare, quantum possum, et debeo, ut
tu solus sis tota intentio mea, et omnis delec=
tatio mea. Deus meus et omnia.

Caput 5.tum

Aspirationes ad Deum ob ejus immensitatem.

1 O quàm magna multitudo magnitudinis tuæ Domine Deus. Ecce Si ascendero in coelum ~~coelum~~ tu illic es, Si descendero in infernum ades; coelum quippe, et terram imples. Si hunc mundum transcendam, et te extra eum quaram, etiam illic te inveniam; quia nihil potest cogitari, cui nòn præsentissimus adsis; imo licèt mille mundos creaveris, hos omnes tamen majestate tuâ implebis. Nullum igitur reperio finem tuæ magnitudinis, et quò mens mea altiùs supra coelos ascendit, tantò te Sublimiorẽ ac ab omni fine remotiorem deprehendit. Revera magnus Dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. Ecce anima mea, quàm magnum, et immensum, ac proinde omni amore dignum habeas Dominum. O Domine Deus largire, obsecro, ut mens mea Sancto fervore extra se rapta, atque abysso immensitatis tuæ absorpta in te feliciter Soporata obdormiat, et suaviter quiescat.

ps. 138 Hier. 23 ps. 144

2. Ecce Domine Deus veluti vastissimum mare, quod initio ac fine caret præ oculis habere arbitror, dum immensitatem tuam animo

perlustro. Sicuti enim Spongia in medio maris posita ex omni parte impletur ipso mari, sic omnis creatura quodammodo plena est infinita majestate tua: et sicut Spongia, si cum vastissimo mari conferatur, prorsus exigua videtur, sic omnis creatura, si tibi comparetur, pro nihilo computatur. Ecce gentes Isa. 40
quasi gutta situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt, omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo et quasi nihilum et inane reputata sunt ei. O ~~in~~ magnitudines incomprehensibilis Deus! ô summa, ô immensa Majestas! Ah quantùm desidero, ut iam sileant mihi strepitus creaturarum, discedant à mente mea vana imagines et forma rerum transeuntium. Ah effice, Domine Deus, ut anima mea transeat cuncta creata, atque ~~in~~ in profundo immensitatis tuæ prorsus immergat.

3. Finge "tibi tantam" "esse" distantiam inter coelum et terram, ut lapis molaris è firmamento coeli cadens in terram, spatium centum annorum explere debeat usque dum eò pertingat, finge etiam extra coelum et terram tantum adhuc superesse spatium, ut illud sol non nisi intra mille annos percurrere possit. Proh! quanta erit hæc extensio, quàm magna hæc vastitas; et tamen totum hoc veluti immensum

Spatium facilé Deus Sua majestate implebit
Imo tanta et talis vastitas immensitati divinæ
comparata valde exigua, et pro nihilo compu-
tabitur; Siquidem eam intellectus humanus
sibi imaginari potest, at immensitatem divi-
nam nulla mens capere sufficit: et quantò
plus animus de ea sibi imaginatur, tantò plus
semper superest de ea cogitandum. O immen-
se Deus! ô mirabilis in altis Dominus! ô ama
bilis ~~abyssus~~ ô desiderabilis abyssus, cur non
totus absorbeor in te? quid volo, quid quæro
extra te? Ah absorbeat, obsecro, absorbeat me
melliflua vis Sanctæ charitatis, rapiat interiora
mea flamma casta dilectionis, ut tibi, unice
4 Semper te, desiderem, tibi inseparabiliter adhæream.

Caput 6.tum

~~Aspirationes ad Deum ob eius Bonitatem.~~

Aspirationes ad Deum ob eius Bonitatem.

ps 18 1 Bonus es Domine, et in bonitate Tua
contemplanda deficit anima mea: Bonus es
Domine, et nemo verè et perfectè bonus, ni-
si tu solus, quia tu solus in te comprehendis
omnem rationem boni et omnem gradum bo-
nitatis quamquam infiniti forent orbes qui
5 quamquam ~~Bonitates~~ ~~concurrerent~~ ~~in unum~~ ~~conderentur~~, ~~in quibus~~ esset quidquid pulchri-
valuti in unū conflati, ergo inesset quidquid pulchri-

~~finge tibi infinitos~~

tudinis, quidquid decoris, quidquid amabilitatis, quidquid excellentiæ, quidquid perfectionis, quidquid bonitatis excogitari potest, necdum essent verè et perfectè boni, quia eorum bonitas adhuc esset finita; in te autem Domine Deus nihil est finitum, nihil limitatum, sed omnia sunt summa, infinita, immensa, sine numero et mensurâ. Jam dimittam adversùm me eloquium meum, loquar in amâritudine animæ meæ, quòd hactenus non amârim te. Ah quid volo præter te?, quid quæro extra te, cùm in immensùm omnia vera ac solida bona inveniam in te, Deus meus et omnia!

2. Bonus es Domine Deus, bonus es sine qualitate, quia tu es ipsa bonitas; et ideo vere bonus; illud enim est summum et infinitum in bonitate, cui prorsus nihil deest perfectionis in ratione boni. Deo autem nihil deest, ut sit summè et infinitè bonus: non amoenitas, non jucunditas, non delectatio, non pulchritudo, non suavitas, non lætitia, non sublimitas non voluptas, non divitiæ, non delicia, non aut id genus alia omnia hæc ei desunt; cùm enim hæc omnia ea in creaturis veluti disseminata intueamur, necesse est, ut in ipso, a quo cuncta hæc tanquam à fonte dimanant longè excellentiori modo contineantur. O Necessarium bonum, à quo solo cuncta sunt

2 summa, et infinita

bona, et sine quo sunt omnia mala, cur non semper adhæreo tibi, quid ambiro extra te, cùm in te sint omnia, quæ potest desiderare anima mea. Amo te igitur Deus meus, ah amem te validiùs, ut amando te fiam beatus.

3. Domine Deus mihi sæpius complaceo in creaturis; quia invenio in eis quandam dulcedinem, quandā pulchritudinem, quandam amœnitatem, quandam voluptatem, quandam bonitatem. In te autem non est quædam sed omnis, perfecta et summa dulcedo, omnis, perfecta et summa pulchritudo, omnis, perfecta et summa amœnitas, omnis, perfecta et summa voluptas, omnis, perfecta, et summa bonitas. Et tamen mentem meam necdum delectat amare te, necdum complacet anima mea unicè diligere te. Ah quanā me dementia tenet? quantis mentis obvolvor tenebris? Domine Deus illumina tenebras meas; illustra faciem tuam super servum tuum. O Lumen, quod semper luces et nunquam obfuscaris, illucesce mihi ut videam voluptatem tuam, et gustem, quā suavis sit Dominus his, qui recto sunt corde, teq; solū verū, unicum, ac summum bonū meum semper super omnia diligam.

Caput 7^mum

Continuatio earundem aspirationū.

1. Ecce cor tuum sine amore esse nequit, nec quidquam appetit, aut deligit, nisi quod ei bonum sit, tantoq; majori impetu in illud fertur, quantò id sibi melius esse videtur: At hac est natura cordis tui. ~~Nunc fatere modò~~ Nunc fatearis velim, te aut mente captum, aut omni poenâ dignum, ~~cum scias~~ nasti eram, Deum tuum Summum bonum esse, nihilq; illo melius, aut majus unquam cogitari posse, et tamen cum tuo amore veluti indignum reputas. Heu quàm raro de eo cogitas, quàm remissus, quàm segnis es in ipsius dilectione. Cn mavis perpetuò ferri in ea, quæ extra Deum sunt, licèt noveris illa vana esse, et in momento evanescere, quàm ut ipsum Deum, quem scis vera ac æterna bona in se continere, eaq; fruenda tibi altro offerre, unicè quæras, ac diligas. O dementia! ô cœcitas cordis mei! quis medebitur malis meis, nisi tu domine Deus meus, qui illuminas omnem hominē venientem in hunc mundum? Ah illumina oculos meos, ut videam te, qui es torrens omnis voluptatis. Accende cor meum, ut diligam te, qui es ~~fons~~ principium omnium bonorum: Sana animam meam ab omnibus inordinatis affectionibus, ut nihil desiderem nisi te, qui es unicum et summum bonum meum.

2. Si in deo aliquid boni quæsieris, nec inveneris, noli ipsum amare, noli cor tuum ei apponere;

quòd si verò illud et adhuc plura alia bona in immensum in eo repereris, tunc inexcusabilis es, si eum ex toto corde non dilexeris! Proh Domine Deus meus! tales ac tantas ~~sunt~~ divitias, opes, ~~ac thesauros~~, quæ in te reperire, ut mens mea ea cuncta comprehendere non sufficiat; ~~talis ac tanta gloria, potentia, et magnificentia, ut supergrediatur captum meum; talis ac tanta dulcedo, suavitas ac delectatio, ut exsuperet omnem sensum meum~~; omnia enim, quæ cogitari possunt, desiderabilia, sunt in te sine numero et mensura. Quid iam dicam, aut quid respondebo tibi, quòd hactenus adulterinas ~~affectiones~~ desideria in corde meo foverim, et te ~~torrentem omnium~~ oceanum immensum omnium bonorum non sitierim? O bonum super omne bonum! ô bonum continens omne bonum! ô bonum in omni genere bonum! cur te non ardentiùs diligo, quid extra te ambio? Sed iam juravi, et statui terrena cuncta despicere, quo omnem affectum meum in te uno vero, ac summo bono meo collocem, tibiq; inseparabiliter adhæream.

3. Alii igitur alia quærant, alia desiderent, unum ego Deum meum, qui est summum bonum, quæro; unum Deum, qui est bonum bonorum omnium desidero, ô Deus meus et omnia. Alios terrenas delicias, sæculi voluptates, mundi honores non invideo, retro relinquo Deum ego

~~et iam~~ ~~immensum~~ ~~diversorum~~ ingentium bonorum ~~contextia~~

et tantâ gloriâ potentiâ magnificentiâ: tantam dulcedinem suavitatem ac delectationem

oceanum

Ah erravi à via veritatis sectando, quæ vana sunt:

Ps. 18.

Drexel in suo horol.

habeam, et omnia habeo, o Deus meus et omnia! Millies hoc dicam, millies hoc cogitabo, millies hoc repetam; nec enim vel dicere, vel cogitare majus possum aut melius, quàm hoc ipsum: Deus meus et omnia! mihi Deus est epulatio, mihi delectatio, mihi voluptas, mihi divitiæ, mihi delicia, mihi quies, mihi thesaurus, mihi Deus est omnia.

Caput 8vum

Continuatio earūdē aspirationum.

1. Si coelum et terra, et omnia, quæ in eis sunt, bona mihi vidēntur, quantò melior mihi videri debet, qui fecit ea, omnia enim bona fecit ipse Deus; ipse autem est bonus, quem nemo fecit: ille bono suo bonus est, et á se ipso bonus est: et ideo Summum Bonum est. O quam ta dulcedine afficior, cùm audio Summum Bonum. Bonum hoc quære anima mea: Summum Bonum, infinitum Bonum, immensum Bonum hoc est tuum Bonum. Quid ei deest, cui Summum Bonum Bonum est? quid ultra appetere potest, cui infinitum Bonum, immensum Bonum ac Bonum Bonorum omnium Bonū est, portio eius, possessio eius, fruitio eius est. O possideam te, o fruar te Summum Bonum

meum, gaudium meum, consolatio mea, Spes mea, delectatio mea, vita mea, Salus mea, Deus meus et omnia.

exo. 33. 2. Dulcissime Deus dixisti: ostendam omne bonum tibi: Hoc bonum desidero, hoc bonum requiro, et quodnam illud, nisi tu Domine Deus meus? tu es enim omne bonum, Summum bonum unicum bonum. O Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil! Deus, sub quo totum est, in quo totum est, cum quo totum est, Deus beatitudo, in quo, et a quo, et per quem beata sunt omnia. Deus bonitas et pulchritudo, in quo, et à quo, et per quem bona et pulchra sunt, quæ bona et pulchra sunt omnia. te invoco, te adoro, te laudo, te benedico, te diligo, te tota mente mea requiro. Ah moveat te suspirium meum, inebria me sobrio amore tui, ut solo hûc corpore detentus, libera mente transvolem ad te unicum bonum et thesaurum meum.

S. aug. lib. Solil. c. 1.

3. Bonum omnes appetunt, at pauci verum bonum inveniunt, quia illud, ubi deberent, non inquirunt: apud Deum ô anima mea, quære quod verè bonum est, ibi est, quidquid amas; Si vis divitiæ, gloria et divitiæ in domo ejus. Si honores, amici Dei honorati sunt nimis. † Si decebat pulchritudo, In Deo fulgebunt justi sicut sol. Si nobilitas, qui adhæret Deo quo nil nobilius, unus spiritus est cũ illo. Si vitam cupis æternam, similes angelis eius. Si vitam cupis æternam,

† Si sapientiam: in eo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi.

a ps 111 b ps. 138 c Coll. 2. matth. 18 d 1. Cor. 6. e sap. 9. 9.

justi in perpetuum vivent. Si sanctam ine-
brietatem, inebriaberis ab ubertate domûs
Dei. Si castam voluptatem, torrente volupta-
tis tuæ potabit te Dominus. O qui hoc bono
fruitur, quid illi est? et qui eo caret, quid
illi non est? nempe Deum habenti, omne bo-
num est, et eo carenti, non omne bonum, sed
omne malum est. Perdit igitur, quod vivit,
qui te non diligit ô bone Deus. Qui tibi vi-
vere recusat, mortuus est. Qui tibi non sapit
desipit. Misericordissime tibi me commendo,
per quem sum, vivo, et sapio. Te cupio, diligo,
adoro; Ah ardeat in amore tui cor meum; re-
quiescat in te anima mea, ô Deus meus et om-
nia. S. aug. in manual. c. 4.

Caput 9.num
Aspirationes ad Deum ob eius præsentiã.

Credo Domine, te ubiq; præsentem per essen-
tiam per inspectionem, et per potentiam.
Per essentiam; quia Majestas tua per se ipsam
omnibus prorsus creaturis inest; quoniam plena
enim est omnis terra gloriâ, id est, majestate
tua. Per inspectionem verò ades omnibus, quia
omnia perspicis, omnia vides, nihilq; tam occul-
tum, quod oculos tuos fugiat, scrutans corda
et renes Deus. Denique per potentiã ubique Isaj. 6. Ps. 7.

ubique es, quia cuncta sustines, omnia gubernas, universisq; rebus prospicis; in te enim vivimus, movemur, et sumus. Quid igitur me impedit, quin me convertam ad te Dominum meum adeo mihi præsentem, et fruar te summo bono meo. Ah te stringam, te complectar ulnis animæ meæ, ô dilecte votorum meorum! Sentiam te exultatio mea summa intus et foris: possideam te beatitudo immensa: fruar te juge̅r in medio cordis mej, ô vita, per quā sum, vivo, et moveor.

2. Ades igitur mihi, ô dulcissime, desideratissime, amantissime Deus **ades mihi**, nec unquam recedis à me: ades mihi, ut me in cunctis adiuves, ut me ab ~~omnibus malis liberes~~, ut me multiplicibus bonis ditesq; dummodo cum fiducia me convertam ad te. Verè non est alia natio tā grandis, quæ Deum habeat sic ubiq; præsentem, sicuti Deus noster adest ~~non~~ nobis. O Domine Deus! quantam præsentia tua in me augere debet reverentiā, fiduciam, lætitiam, dilectionem! Reverentiā pro præsentia, fiduciam pro auxilio, lætitiam pro solatio, ~~dilectionem~~ charitatem pro benevolentia. Ah adoro te, laudo te, glorifico te, diligo te Deum creatorem meum mihi intimè præsentem. Vtinam in omni loco et tempore coram te mente devota et reverenti, corde læto et ardenti assistam, ac ulnis animæ meæ feliciter te complectar.

q ac desideria cordis mei impleas

3- Ecce amicus amici, agrotus medici, sponsa sponsi, orphanus protectoris recreatur praesentia, et ego non delectabor in Deo salutari meo amico meo, medico meo† sponso meo, protectore salutis mea aeque fidelissimo, ac praesentissimo. O dulcissime Deus, o ut te semper habeam in corde, in ore, et praeoculis. O ut assidue in conspectu tuo cum magna laetitia assistam. Scribe, obsecro, in tabula cordis mei sanctissimae tui memoriam, ut nihil carnale, nihil indignu cogitem, sed te solum quaeram, et praesentia tua in intimis meis semper sentiam. Effice, ut ego totus dulcedine sanctae praesentiae tuae plenus, totus etiam flammâ tui amoris succendar.

† qui nempe sanat omnes infirmitates meas ps. 102

Caput 10mum.

Continuatio earundem aspirationu.

1. O quam magna affici deberem laetitia, dum considero mihi semper esse praesentem Deum meum, Dominum meum, creatorem meum tantae majestatis, ut coram eo contremiscant omnes potestates: tantae immensitatis, ut coelum et terra eum capere non sufficiat; tantae pulchritudinis, ut in eum angeli prospicere desiderent; tantae nobilitatis, excel-

centia, et bonitatis, ut exsuperet omnem sen-
sum. Ecce tantus et talis Dominus sem-
per mihi suam exhibet præsentiã; ipse
enim supra me, infra me, circa me, intra
me, atque in anima mea velut in coelo
suo habitat mihiq; ita intendit, ac si om-
nium oblitus esset, atq; à singulis vacans
mihi soli intendere vellet. O Domine
Deus, o perpetue speculator vitæ meæ? cur
non vicissim intendo tibi? An ad aliquid
melius, præstantius, aut sublimius oculos meos
convertere potero, quam ad te, qui es bonum
omnium bonorum, delectatio omnium delec-
tationum, voluptas omnium voluptatũ. O
amabilissime, o desideratissime Deus meus
illumina oculos meos, ut videam te, et gustem,
quàm suavis sit Spiritus tuus; Scio enim
dulcissime Deus, nihil mihi tam suave, quàm
tecum esse, tibiq; adhærere.

7 non semper

2. Gaudeo ô Domine Deus, quòd ego creatura
tua sim in te Deo meo, sicut piscis in magno ma-
ri undique à Majestate tua veluti circumfusus
à dextris, et à sinistris, supra, et infra; imò quòd
non tantum ego in te sim, sed etiam tu sis totus
in me, totus in fundo animæ meæ cum infinita
pulchritudine, amabilitate, dulcedine, opulentia
magnitudine, excellentia, immensitate, et infi-
nitis aliis perfectionibus tuis. Hunc tam in-

comparabilem thesaurum, hoc tam immensum bo=
num, cùm intra me habeam, quid ultra petere pos=
sum? o Deus meus et omnia nihil præter te re=
quiro, sentiat obsecro anima mea præsentiæ tuæ
dulcedinem: transeat mens mea cuncta sensibilia,
figatq; oculos suos in te inæstimabili ac summo
bono meo, in quo solo conquiescere, in quo solo
delectari, ac consolationem capere desidero.

3. Verùm o Domine Deus non solùm sum in te,
sicut pisces in mari sed etiam ~~in te~~ sicut ~~pisces~~
~~in matre~~ infans in utero; ideo serva me. Sum
in te velut pupilla in oculo; ah custodi me. Sum
in te velut avis in aere; sustenta me. Tu quoq;
mi Deus es in me velut anima in corpore; ah
vivifica me: Velut magister in schola; doce me.
velut sol in coelo, illumina me: velut Deus in
templo, sanctifica me. Præterea totus es oculus,
omnia mea, etiam cordis ~~præcordia~~ abscondita perlus=
trans: totus amor me intimè complectens:
totus bonitas mihi summè benefaciens.
O quis mihi tribuat Deus meus, ut meus
erga me te amorem perpetuo demonstrem? O
quid rependam tanto amatori, tanto bene=
factori? Suscipe me Domine Deus, suscipe me
totum, suscipe me pignus perpetui mei erga te amoris et gra=
titudinis. O quid rependā tam vigili animæ meæ
inspectori, amatori, benefactori? En totum me tibi tra=
do, suscipe me Domine Deus, suscipe me totum in pi=
gnus perpetui mei erga te amoris, et gratitudinis.

Caput ij^mum

Continuatio earumdem aspira=tionum.

1 O Domine Deus meus video te meipso mihi intimiorem esse; nam sæpe mihi ipsi non sum præsens, nec attendo, quid dicam, aut quid agam; at tu Domine Deus me observas ~~xxxxxx~~, numeras enim gressus meos, capillos meos, motus cordis mei, omnes cogitationes, sermones atque actiones meas; imo quod plus est omnibus pene momentis offers te totum mihi; cupis enim, ut te ~~xxxx~~ jugiter fruar, et ulnis animæ meæ te complectar, utq; inter dulces amplexus tuos feliciter obdormiā et requiescam; delicia namque tua sunt esse cum filiis hominū. O quanta tua pietatis dignatio! quanta amoris tui benevolentia! quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? O Deus præsentissime, te amo ardentissimè, uni me tibi intimè, immergo me ò Deus in te; suscipe me, ut conquiescā in te.

2 et omnia mea perpetuō

2 O quàm suavis et dulcis hæc fidei meæ veritas, ego in Deo, et Deus in me. O quis ille? et quis ego? Deus meus est rex sæculorū, Dominus summa majestatis et excellentiæ. Altissimus, incōprehensibilis, omnipotens, et æternus. Cælū et ter-

ram, ac cætera omnia de nihilo creavit creataq
conservat regit, et moderatur sine labore.
Magnitudinis, sapientiæ, dignitatis, ac gloriæ
eius non est finis; ego vero vilissimus vermis
sum, peccator ~~sum~~ immundus, et indignus, quē
terra sustineat: pulvis ~~cum~~ ac cinis, pauper, et
inops, infirmus et miser. Nihil possum, nihil
habeo, nihil sum ex me. Nihilominus, ô inau-
dita bonitas tua, ~~si~~ tu dignaris esse in me, et dignū
me reputas, ut sim in te. O Deus invisibilis,
mihi tamen intimè præsens, adoro tē devotissi-
mè, et me in abyssū nihili mei in conspectu
majestatis tuæ demergo: ~~te~~ Te complector in
fundo animæ meæ, tu mihi sis instar omnium,
et super omnia, quia tu solus es omne bonum
meum, Deus cordis mei, et pars mea Deus in
æternum.

3. Etsi sim licèt adhuc miser, attamen ha-
beo intra me bonū immensū, quod suo tempore
me ~~perfecte consolabitur~~ felicitet beabit. Sim tenebris involu-
tus, at habeo infinitam lucem, quæ me copio- + intra me
sissimè illuminabit. Sim modò languidus et
frigidus, sed habeo intra me ignem infinitæ
virtutis, qui me ~~feliciter~~ præsentissimè inflammabit. Sim
tristis et afflictus, at intra me habeo gaudium
~~immensum, qui me felicitet inflammabit. Sim~~
immensum, in quod immergar totus. Sim

pauper et egenus; at intra me habes omnis boni, omnis pulchri, omnis delectabilis et desiderabilis plenitudinem, et immensam abundantiam se in me transfundere paratam. O Domine Deus, cur non præ gaudio exulto, dum hæc considero, ~~et~~ adhuc enim modicum et immensum illud bonorum pelagus in animam meam exundabit, eamq; dulcedinis suæ, et ~~omnium~~ gaudiorum suorum participem faciet. Domine Deus virtutum beatus homo, qui sperat in te.

Caput 12^mum

~~Aspirationes~~ ad Deum ob eius pulchritudinem.

1. Quid est ô Domine Deus, quod magis amorem nostrum sibi vendicet, quam pulchritudo? ea certè blandâ vi nostris dominatur cordibus; non enim possumus non amare, quod pulchrum est. Imo in tantum creata pulchritudo multis amabilis videtur, ut propter eam fruendam sæpius sensûs, et rationis usum amittant. Si hoc potest formositas cuiusdam exigua creatura, quid non efficiet pulchritudo tua Domine Deus, quomodo totum cor nostrum ad se rapere non sufficiat? cum sit summa, et infinita, immensa, cui proinde omnis creata pulchritudo comparata tanquam mera turpitudo, et deformitas reputari debet. O pulchritudo Dei

mei ineffabilis quid est, quòd non diligam te? quaenam causa mei erga te languoris? Non alia sanè, nisi quia non video te. Aperi igitur oculos meos, ut cognoscam quàm amabilis, quàm ~~desiderabilis formosus~~ sis o Domine Deus. O lux gratissima illucesce animæ meæ, excute tenebras mentis meæ, ut videam incomparabilem admirabilem pulchritudinem venustatem tuam, atq; omnia visibilia despiciens te solùm diligam.

2. Licet o Domine Deus necdum videam decorem majestatis tuæ, credo tamen te omnium quæ excogitari possunt, pulcherrimum, ~~ac formosissimum~~, cùm sis fons omnis pulchritudinis; quidquid enim elegantiæ in floribus, quidquid venustatis in campis et silvis, quidquid splendoris in astris, quidquid formositatis in hominibus, quidquid pulchritudinis in angelis, quidquid denique decoris, ac amœnitatis in omnibus prorsus creaturis ~~invenitur~~ reperire est, id omne à te dimanat; atque adeo longè eminentius in te ~~reperitur~~ invenitur. O amabilissime Deus, quantùm à vero deviant, qui ~~in~~ solis corporibus, non autem spiritibus inesse pulchritudinem arbitrantur; sicut enim spiritus super omnem modum corpora superant nobilitate sic et pulchritudine. Unde dulcissime Deus tanta ac talis tamq; perfecta est pulchritudo tua, ut licet de ea tot gradus cogitem, quot sunt guttulæ aut arenulæ in mari, nihil de

ea cogitasse existimem; est enim infinita. Proh! quid non oportet me agere, quid non pati, ut tandem tanta pulchritudine potiar? Ignis crux bestiæ confractio ossium, et tota tormenta diaboli in me veniant, tantùm Deo meo fruar.

3. Tanta igitur, ac tam magna tamq; admiranda est pulchritudo tua Domine Deus, ut in ejus visione, et fruitione omnium Sanctorũ beatitudo consistat, quo fit, ut ii per totam æternitatem ne uno quidem momento ab ejus contemplatione desistant. Res sanè miranda; quænam enim in rebus creatis pulchritudo, quam si assiduè intueamur nobis tandem non vilescat? Tu verò ô Domine Deus, licèt in æternum Beati te contemplaturi sint nunquam tamen eis minùs formosus, minùs delectabilis, minus amabilis† quippe qui semper mirabilia, ac sumè delectabilia ~~videbuntur~~ abeis ~~visa perpetuò~~ in te intuebuntur; quã ~~obtensa~~ corda ~~ad~~ ac desideria eorũ iugiter ad te trahes, ac inseparabiliter tibi agglutinabis. O pulchritudo incomprehensibilis, cujus visione et ipse Deus beatus est. O pulchritudo tam antiqua et tam nova ad te jam anhelat anima mea. O Domine Deus tu es totus pulcher, et plenus ineffabilibus delicijs: cur igitur te non semper desidero? cur te non semper ambio? Quærant alii ament alii, quæ sunt pulchra in rebus creatis; ~~ego autem te~~ Solum Speciosum formâ præ filiis hominum, ego autem te q̃ unicè amabilem, te unice pulchrum amabo in æternũ

† apparebis;

Solum vere pulchrũ ac præcipue

lèis hominum amabo in aeternum.

Caput 13.^{tium}
Aspirationes ad Deum ob ejus scientiā et sapientiam.

1. Domine Deus si regina Saba sapientiā Salomonis in tantum admirata est ut non haberet ultra spiritum, qui modo ego non admirer sapientiam tuam, quā in immensum superat; video enim omnem hujus regis sapientiam non esse nisi veluti guttulam de immenso sapientiā tuæ pelago promanantem. Tanta enim et talis est sapientia ac scientia tua o Domine Deus, ut quidquid excogitabile est aut ab ea per totam aeternitatem ordinari et stātuiq potest, perspicuè cognoscas. Omnes namq res sive praeteritæ, sive praesentes, sive futuræ, sive etiā possibiles in conspectu tuo sunt positæ nec est quidquam, quod de latere valeat. † An igitur non me ritò exultabo, quòd habeam tantum Dominum, cui nuda et aperta sunt omnia, qui nec fallere, nec fallī potest? cui proinde si adhæsero nunquā à vero deflectam, quem si amavero exundabit in animā meā fluvius pacis et gaudium sapientiæ salutaris ac torrente bonorum suorum. O dulcissime Deus, quam suavis est hæc consideratio animæ meæ. Profectò frustra vivit, qui in tui recordatione se non occupat, qui in te solo non delectatur, qui tibi adhærere non concupiscit.

3 reg. c. 10

q autelā excogitari

† Quidni iā summè exulteni.

2. Verè magnus es Domine Deus, et Sapientia ac Scientia tua non est numerus, clarissimè quippe cognoscis omnia genera ac species rerum creatarum visibiliū et invisibilium: Scis numerum innumerabilem angelorum. Numeras etiam multitudinem Stellarum, et eis nomina vocas. Probè insuper noscis, quot unquam fuerint homines, quot modo sint, et quot futuri sint. Nota, tibi etiam est altitudo coeli, latitudo terræ, profunditas maris, et quidquid in eis est. Hæc ideo scis, quia tu ea fecisti, clamant enim omnia, ipse fecisti nos, et non ipsi nos. Et licèt attingas, et penetres à fine usque ad finem, et à summo usqz ad infimū omnibusqz te penitissimè insinues, reliquis mirabilior nimirū tamen cum nulla re te confundis, aut permisces, nec labe minimâ contaminaris, sed semper in tua pulchritudine, ac decore permanes. Hæc omnia sunt mirabilia, et incomprehensibilia Domine Deus, et ideo horum contemplatio facilè cor meum ad te trahit, et totum se tibi devincit. Domine Deus virtutum quis similis tibi?

pſ. 146 7 omnibus

3 non quia omnib te penitissimè insinuas, unus ſaga infinit penetras et licet

3. Sed est ô Domine Deus, quod animam meam Summopere lætificat nempe mirabilis Scientia tua ex me: Siquidē enim [illegible], hominem, et omnia quæ ad illos spectant, optimè noscis, naturam eorum habes, sic et patitur mei ipsius, scis etiam ab æterno, quod nomen, quos parentes, quæ et quanta opera bona et mala, quem statum, quam conditionem, quod genium, quod judicium, quantas vires, qualem

7 ac omniū eorū quæ me nequeunt decuma, concernunt omnes dā habeo notitiā. prorſus necessa est.

propensionem habiturus essem. Seis præterea omnes cogitationes meas de longe, scrutans corda et renes Deus. Imperfectum meum etiam viderunt oculi tui, quia in libro tuo omnia scribuntur. Agnoscis insuper omnes necessitates meas. Vides omnia desideria cordis mei. O Domine Deus, quis se tibi non totum tradat et committat; cùm enim sis Sapientissimus simulq; pijssimus pater, qui diligis diligentes te; ~~sine dubio requirit hinc~~ ~~necesse prorsus est, ut~~ omnia dirigas, ac disponas in bonum eorum, qui tibi adhærent, et spem suam in te collocant. O Sapientia infinita, quæ Statuis, et disponis omnia in numero, pondere et mensura; eàdem, obsecro, ratione dispone res omnes animæ meæ, augens in ea numerum divinarum illustrationum, pondus ferventium affectionum, ac superefluentem mensuram gratiarum tuarum.

Caput 13^tum

Aspirationes ad Deum ob ejus providentiam

1. Providentia tua Domine Deus gubernat omnia, quæ sunt in cœlo et in terra à Supremo Angelo usque ad minimum vermiculum; tibi namq; cura est de omnibus; neq; enim ullus passer est in oblivione coram te, sed et capilli capitis mei à te numerati sunt. O Domine Deus meus si ad passeres, si ad capillos ca-

pitis mei, quos superfluos et inutiles arbitror, adeo
sollicitè attendis, nec finis, ut ullus eorum sine
causa decidat in terram. Proh! quàm magna erit
cura tua de omnibus iis, quæ mihi emolumento
esse possunt, meq; intimè concernunt. O amabi-
lis providentia Dei mei, revera tu es mater mea,
qua me genuisti; regina qua me incessanter gu-
bernas; protectrix, quâ me liberas à malis; au-
xiliatrix, qua me adiuvas in bonis, atq; vota
mea ad optatum finem eò feliciùs perducis,
quo mens mea majori cum fiducia ad te se con-
vertit. Igitur tibi me totum dedo, offero, et committo
dispone Domine Deus de me secundum beneplaci-
tum providentiæ tuæ; tibi enim soli adhærere, et
in te conquiescere cupio, nec unquam à te recedere vo-
lo. Jam emoriantur in me anxietates, sollicitu-
dines, inquieta cura, animi perturbationes; domi-
nus enim regit me, et nihil mihi deerit; sed et
omnes petitiones cordis mei implebit.
ps. 22

2. Domine Deus licèt providentiam tuam in
omnibus creaturis palenter manifestes, maximè
tamen ea elucet in nobis quippe qui nos ad te
attrahere nunquam desinis, ut tandem de sum-
mum bonum nostrum possideamus, ac immensis
divitiis tuis fruamur. Sic verò ô amantissi-
me Deus intendis singulis nobis, ac si vacares à
curetis; et sic intendis simul omnibus, ac si
veluti si vacares à singulis. Mei igitur ô ama

bilis Deus tantam ac talem curam geris, ac
~~tot~~ ac si mihi soli, nulli verò alteri pros-
picere deberes. O anima mea S. Deus
tuus, dilectus tuus tanta providentia di-
vi intendit ac si tu solus sis in mundo, cur
vicissim illi soli non intendis, veluti si prater
ipsum et te, nemo sit in orbe. Sicut enim
nullum est momentum, quo non fruaris ejus
pietate, sic nullum debet esse momentum,
quo eum praesentem non habeas in memoria.
O benignissime pater, utinam debitum amorem
et grata obsequia pro tanta providentia, quā
de me rebusq; meis geris tibi exhibere possem.
Ecce in tesseram mei erga te amoris totum me
projicio in manus tuas, tu me rege, tu me gu-
berna; unica enim mea voluptas est sanctissi-
ma tua voluntas.

s. aug. in manual. c. 29

3. Verùm quantâ afficior latitia, ô Domine
Deus, dum in memoriam revoco, quod provi-
dentia tua sit prima et summa causa omnium
corporalium spiritualiumq; motionum; nihil enim
fit sensibiliter aut invisibiliter, quod non de
invisibili et inintelligibili summa Majestatis
tuæ aula aut jubeatur, aut permittatur se-
cundum ineffabiles providentiæ tuæ rationes.
Omnia sanctâ voluntate tua, à providentia

tua, ab ordinatione tua à nutu et legibus
tuis dimanant. Et licet non intelligam,
cur hoc vel illud fiat; Scio tamen omnia
sapienter et ordinatè fieri: Sicut enim uni-
versum orbem infinitâ fundasti sapientia,
sic eumdem non minori gubernas prudentia;
qua dum considero, non possum non securè me
omni eventui committere; video enim quòd
nihil fiet, nisi tu ô benignissime Deus ita
fieri velis, et quia amas me plusquam ullus
pater filium, aut amicus amicum suum; ideo
nihil permittes mihi evenire, quod re ipsa sit
malum, aut mihi non cooperetur in bonum.
O Deus tibi me totum offero, tuo in amplexus
paternos, recipe me quaeso ô dulcissime Deus
in suavissimum cordis tui sinum; en ego ser-
vus tuus paratus ad omnia; quoniam non desi-
dero mihi vivere, sed tibi soli adhærere, et in
te solo quiescere.

Caput 15^um^
Aspirationes ad Deum ob ejus mirabilitatem.

1. Omnia attributa tua Domine Deus sunt ad-
mirabilia, et incomprehensibilia, cùm sint unius
simplicissimæ essentiæ, simul et carent om-
ni fine: Super hæc tamen eminet SS. Trini-

tos et unitas tua. Quid enim admirabilius
quid incomprehensibilius, quam quod tres
realiter distincta persona, quarum unaquæq;
verus est Deus, non tamen sint tres dii, sed
unus Deus? Quod omnipotens et immensus
sit pater, omnipotens et immensus filius, om-
nipotens et immensus spiritus sanctus, et
tamen non tres omnipotentes aut immensi, sed
unus omnipotens et immensus. Quod pater
intuens abyssum perennis essentiæ suæ præ delicia-
rum affluentia filium suum generet, atque in
mutuo amoris amplexu Spiritus S. ab utroque
procedat, nec tamen patre sit minor filius,
nec Patre et filio Spiritus S., sed tota tres per-
sona coæterna sibi sint et coæquales. Hæc omnia
Domine Deus sunt admirabilia et incompreben-
sibilia, et quò altius omnem intellectum trans-
cendunt, tantò vehementius cor meum accendunt.
cupio enim hæc tuæ mirabilia videre per spe-
ciem, quæ teneo per fidem. O adoranda Trinitas, et
veneranda unitas, quia te capere non possum tu
cape me. En me immergo in profundum abyssa-
lis ~~providentiæ~~ essentiæ tuæ, tu suscipe me.
O principium meum, o ens entium miserere
mei.

2. Quantâ quæso etiam admiratione dignum
est quòd tu mi Deus cœlum et terram, ~~et omnem~~
~~mundum quæ universum~~ ~~res quæ in eis sunt~~ non ex aliqua præiacente ~~magnifica~~
materia, sed ex nihilo creaveris, plures condere
possis orbes, quam sint arenulæ aut guttula maris.

possis, quàm sit substantia pelagus infinitum. Sed rex indiges duratione temporis, ut aliquid produceas, nec ulla cura faciendi sollicitaris, sed sine labore, sine distractione, sine inquietudine omnia perficis. Imo eadem facilitate, tranquillitate, et immutabilitate mille creabis mundos, quâ minimâ produces creaturam; Sapientia quippe tua ac potentia cùm sint infinita virtutis, et efficacia, non numero, non multitudine, non varietate, non magnitudine coarctari possunt. Verè mirabilis in altis Dominus, mirabilia magna faciens solus. Verè, inquam, mirabilis et super omnia amabilis, super omnia desiderabilis, et in cujus contemplatione mens mea unicè occupari deberet. O Domine Deus, væ tempori illi, quo tui non recordabar, væ tempori illi, quo te non amabam. Amo te iam Deus meus, semperq; amare, et tibi adhærere cupio.

† væ tempori illi, quo tibi n' intendebā,

3. Sed est, quòd animum meum etiam in summam admirationem rapere deberet, opera scilicet manuum tuarum quotidiana; sanè enim si viderem mortuum suscitatum, quàm stupendum id mihi videretur prodigium: et ecce longè maius est, quotidie multos creare, qui non erant, quam his, qui mortui fuerant, vitam reddere: neque mi-

nùs stupendū videri debet quòd virtute Dei humor vitis quot annis in vinum convertatur, quàm quòd olim in cana Galilea ejus jussu aqua in vinum mutata sit? Ego tacatus. Ad hæc dum considero Solis splendorem coeli serenidum amoenitatem, Stellarum decorem, variorū floseulorum elegantiam, hortos prata, Sylvas, campos verno tempore rediviva vestita ornatu: dum etiam intueor compagem corporis humani, fabricā coeli, elementorum despositionem, temporum vicissitudines; hæc omnia mirabilia mihi videntur; ubiq; enim miram harmoniam, miram varietatem, mirū ornatum, mirum decorem videre licet. O quàm potens, et quàm mirabilis es Domine Deus, qui tam multa et tam mirabilia creasti! ō quam pulcher, et quam suavis, qui tam speciosa, et tam delectabilia condidisti! Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum! O Deus Ps. 8
anima mea non est nomen tuum minùs amabile, quàm admirabile; quidquid enim admirabile operatus es pro homine, id fecisti, quia illum amasti, et ut ille vicissim te diligeret. Diligam te ergo Domine fortitudo mea Dominus firmamentum meum et refugium meum. diligam te plusquam me, et catera omnia propter te.

Caput 16.tum

Aspirationes ad Deum ob eius celsitudinem

1. Tibi o Domine Deus tanquam Regi saeculorum immortali et invisibili soli Deo honor et gloria debetur; Tu enim solus altissimus, et super omnem terram gloria tua resplendet. Quis namq; similis tui in diis Domine, et quis excelsus sicut Deus noster, qui in altis habitat. Certè omnes gentes, quascunq; feisti venient, et adorabunt coram te Domine et glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus et excelsus es tu: excelsus, inquā, super cherubim et seraphim, super virtutes et potestates, super dominationes et principatus: verbo super omnia, quæ in coelo sunt et in terra. Tu es enim Deus altissima majestatis, cujus conspectu reliqua umbra sunt et puncta. Verè dignus accipere omnem gloriam et honorē, et cui ministrent millia millium, et decies milliescentena millia et ultra. O Deus rex altissime tu cor meum possides, ut tibi amorem debitum reddam omni tempore. O magne Deus amo te et magis amare te desidero; tu enim mihi eò acceptior et amabilior quo coelo et terra ac omnibus, quæ in eis sunt, es sublimior.

2. O Domine Deus, video, quòd homines quò in majori dignitatis culmine sunt positi, eò facilius ab aliis suspiciantur, ac timeantur,

~~O Domine Deus quod homines quò celsior~~
~~celsior tuo dono profectò magis super eos~~
~~elatos efficis, ~~spiritu~~ ne timeantur~~
sed non ita facilè amentur. Tu verò ô amantissime Deus, quò sublimior, eò amabilior es. Sicut enim propter celsitudinem dignus es timeri, ita propter eamdem dignissimus es amari. Ec= quis non meritò censeat omni amore dignam ~~esse celsitudinem quæ se dignanter ad nostram~~ parvitatem demittit, simulq; sua celsitudinis participes facit

edm celsissimam Majestatem, quæ se dignanter ad nostram parvitatem demittit, ~~simulq;~~ sua celsitudinis nos participes facit; qua amore nostri ad summā humilitatem se dejicit, ut nos ad dexteram suam evehat. Verùm ô Domine Deus hac tua humilitate profectò te ipsum "magis" exaltas, atq; adeo deq; gloriosiorem atq; adeo amabiliorem reddis; quia ostendis, quod multitudo misericordiæ, sapientiæ, ac bonitatis tuæ, sit magna, sit infinita, sit incomprehensibilis. O Deus altissime, quis te non diligat? cujus excellentiæ ac cor licet ferreum tantæ pietatis tuæ celsitudo ad se non rapiat? O Majestas tam amabilis quam sublimis video te totam amore conglutinatā mihi, cur vicissim cor meū ardenti charitate non totū conglutinetur tibi? O Deus Deus meus, ~~te~~ tu totus ~~tuus~~, totus meus, et ego sim totus, totus tuus!

Confiteor itaq; o amantissime Deus te adeo excelsum, ac sublimem, ut quidquid in coelo et in terra magnum et altum suspicitur in conspectu tuo evanescat; Ecce enim si omnia quæ vel in coelo, aut in mundo sunt pulchra nobilia, pretiosa, magnifica, sublimia, amoena, delicia, jucunda, suavia, delectabilia, desiderabilia cuidam nobilissima creatura tribuerentur, eaq; singulis momentis per omnem æternitatem augerentur, proh quam magna, quam sublimis, quàm admirabilis, quà certè ejus nobilitas, gloria ac sublimitas omnem exsuperaret sensum, universum transcenderet intellectum, ac corda omnium in ardentissimum sui ipsius amorem vehementissimè raperet. Et tamen hæc nobilissima creatura Domine Deus tibi comparata adhuc pro nihilo computaretur. Omnis eius celsitudinis magnitudo in conspectu essentiæ tuæ foret sicut gutta aquæ vastissimo composita mari, imo evaneseeret sicut stella fulgente sole; finiti enim ad infinitum nulla est proportio.

O Deus meus deficit anima mea dum hæc considero. Domine Deus virtutum quis similis tibi? Verè tu es totus desiderabilis, et super omnia amabilis. O altitudo! o profundum! o abyssus omnium desiderabilium absorbe me in te. o lumen oculorum meorum, illucesce mihi anhelanti ad te. Ecce Domine, ecce

ego totis cordis mei medullis cupio diligere te. ah accende et penitus concrema me amoris tui igne.

Caput 17tum.

Aspirationes ad Deum ob ejus voluptatem.

1. Domine Deus meus, quoties rerum amoenarum species conspicio, quum coelum, terram, sylvas, campos, universumq; mundum animo perlustro, cuncta haec mihi videntur, hujusmodi vocibus compellare cor meum: cogita, quam amabilis et speciosus, quam amoenus et desiderabilis sit ille, qui condidit nos, qui est fons omnis voluptatis, cui cuncta creata suam amoenitatem accepta referre debent. O dulcissime Deus quid exultationis ex te accipio, cum tam amoenum, tam voluptem, tam amabilem, tam deliciosum, tam desiderabilem te considero. Ah quî fieri potest, ut animus cujusquam ulla alia in re, quam in te profundissima omnium deliciarum, abysso acquiescere queat. O dulcedo ineffabilis; o voluptas inenarrabilis! o desideratissimum et summè amabile bonum.

2. Itaq; dulcissime Deus tu es purissimarum inaestimabiliumq; voluptatum ac deliciarum

pelagus immensum. Quidquid enim suavitatis, quidquid amabilitatis, quidquid jucunditatis, quidquid voluptatis, quidquid amoenitatis, quidquid dulcedinis ullâ in creatura inveniri potest, id omne in te ultra omnem modum reperitur, et ideo tu es Summum et omne bonum. Cur ergo per multa vagaris ô anima mea, quaerendo tibi bona? ama unum bonum, in quo sunt omnia amoena, in quo sunt omnia jucunda, in quo sunt omnes delicia, et sufficit tibi. Desidera illud unicum bonum, à quo dimanat omnis delectatio, omnis voluptas, omnis satietas, et satis est; hoc enim si unquam possederis, beatus es, et bene tibi erit.

3. Ome igitur beatum, si unquam inveniam te: inveniam utiq, si vigilem si anhelem, si suspirem ad te; nam qui vigilant ad te, invenient te, te inquam, qui es origo omnium bonorum, qui es jucundissima voluptas, qui es vera satietas. Deus Deus meus ad te de luce vigilo: sitivit in te anima mea, sitivit et cor meum. O bonum incomprehensibile, medullitus amplectendum. O bonum super omne bonum, in quo, à quo, et per quod sunt omnia, quaecunq, sunt vere bona. O ut inveniam te! O ut teneam te! O ut fruar te! Exaudi, exaudi me Domine Deus meus, rex meus, salus mea, vita mea, delectatio mea, voluptas mea. Exaudi, exaudi me; sine te enim deficiunt

prov. 8

ps 62

mihi cuncta, sine te vana mihi videntur universa, sine te reputo amissa omnia. verbo sine te non libet ultra vivere; quid enim mihi est in coelo, et à te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

Caput 18^vum

Aspirationes ad Deum obejus suavitatem

1. O Deus meus! o summum et omne bonum meum! quam bonus es animæ quærenti te! quantùm illa ex te coelestem haurit consolationem. O dulcedinem ineffabilem, qua mens ad interiora rapitur, et omnium rerū externarum oblita feliciter conquiescit in domino. O suavitatem desiderabilem, per quam, et in qua spiritus seipsū supergressus, in deum totus absorbetur. O felix illa anima, quæ tota amore tuo succensa in sinu tuo confoveri, et inter amplexus tuos frequenter obdormire meretur! O dulces, ô suaves, ô ineffabiles amplexus, quos requiro, quos desidero, quos suspiro! Quis dabit mihi ut osculer te sponse anima mea suavissime? O ut in pace in idipsum sum- ac mellifluā

mum, infinitum, ac immensum bonum dormiā, et requiescam. Quarant alii, quodcunq; libuerit mihi aliud interim non placet, nec placebit nisi tu Deus meus, consolatio mea, dulcedo mea, quies mea, salus mea.

2. Diligentis itaq; Dominum beata est anima ejus; nam aburdantia delitiarum Spiritualium tota repletur, repleta inebriatur inebriata in sanctam Securitatem adducitur; qui enim diligit Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit. charitas enim foras mittit timorem. Effi totus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ. O felix Securitas! o Secura felicitas! O anima mea sive timeas mala, sive speres bona, ama Deum; amando enim afflues deliciis, et imperturbata, tranquilla, ac Secura permanebis. Et quamquam omnia tua fors perdideris, nihil tamen amisisti, si eum in quo sunt omnia bona, à te non dimiseris. O Deus Deus meus! bonum mihi te diligere, nec quidquam ultra te quærere, mihi prorsus deficere, ut tibi possim vivere.

3. Vides insuper, o dulcissime Deus, quòd anima quæ te diligit despiciat universa, et dum dat omnia pro omnibus, habet omnia in omnibus; quia in te summo bono super omnia requiescit, et quò magis in te inardescit, tanto magis in se deficit et languet, identidemq; inclamat:

fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Tunc amplexus et osculo, quae vicenat vellis poculis? O beatum incendium! O ardens desiderium! amare unicum, verū, et summum bonum! O Deus meus amor meus dilecta me in amore, ut discam interius degustare, quàm bonum, quàm suave, quàm dulce sit amare te o summum bonum meum. O mi dulcissime Deus spes suspirantis animae te mea quarunt lacrymae, apud te est os meum sine voce, te solum desidero, te solum quaero, quam felix, cum te inuenero.

o languore êamus, o amore

Carth. 2. 30

a o dulcissime, Deus meus

b felicis lan

c huius peri

guoris beati

tudo ineffa

bilis amoris

e delectamentū

Caput 19^num

Aspirationes ad Deum ob ejus misericordiam

1. Quid causae est o dulcissime Deus, quòd multis cordibus tam sis amabilis? cur anima electorū tuorū tantopere in te exultant? nunquid hoc ipsorum innocentiae tribuendum est? minimè, sed solius tuae concedendum est misericordiae. dum enim sua delicta, quibus pietate tua indignos tu, o amantissime Deus eos ad te reverentes, tam paternè complectaris, teq; adeo benignum illis exhibeas, veluti si te nunquam offendissent; hoc est, Domine Deus, quòd te in cordibus eorum.

Henric. Suso apud Blos. in consol. pusil.

ex una parte

f se reddiderunt. Deus, considerans quòd animo obvolvunt dum considerant,

ex altera ed.

tam amabilem, tam dulcem efficit. Verè mi-
ps. 144 sericors et miserator Dominus, longanimis,
et multùm misericors. In his, in quibus
S. aug. apud Bles. in conf. pusill. veniam dedit, misericors est; in his, in quibus
non dedit adhuc, longanimis est non damnans
sed expectans, atque ipsâ expectatione cla-
Zach. 1. mans: convertimini ad me, et ego convertar ad
vos. O amantissime Deus, quis se non conver-
tat ad te? quis ad te non aucdat? quis te non
semper quærat? cùm sis tam pius, tam beni-
gnus, tam misericors. O pater misericordiarum au-
di ejulatum pupilli tui: porrige manum tuâ ad-
iutricem, ut retrahat me ab amore rerũ tran-
seuntium, et addùcat me in semitam dilectio-
nis tuæ; non enim est volentis, neq; currentis
S. aug. Soliloq. 18. sed tui miserentis, ut diligam te: tuum Domine
est hoc donum, cujus est omne bonum.

2. Equidem miser sum et miserabilis, quia anima
mea multis repletur miseriis. Sed cur anxier?
cur metuam? cùm habeam Dominum, cujus mi-
sericordia plena est terra, qui secundum altitu-
ps. 102 dinem coeli à terra corroboravit misericordiam
suam super timentes se; quanto namq; coelum
altius est terrâ, tanto misericordia ejus major
est, quam mea et omnium hominum mise-
ps. 102 ria; Quomodo igitur pater miseretur filio-
rum, sic miseretur Dominus timentibus se,

quoniam ipse cognovit figmentum nostrum:
et quò abundantior in me est miseria, eo magis
super me moventur viscera misericordiæ ejus, adeo
ut meam miseriam inspicere nequeat, quin
invocatus mox misereatur, ipso attestante:
clamabit ad me, et ego exaudiam eum, cum ps. 90
ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et
glorificabo eum. O Deus meus misericordia ps. 58
mea! tu es, qui sanas omnes infirmitates
meas, qui redimis de interitu vitam meam,
qui coronas me in misericordia et miserationi-
bus. Verè tu es misericordia mea; nam mi-
sericordia non est pro te, qui miserias nosceis,
sed pro me, qui abundo miseriis, quarum maxima
est, quòd sæpius vana hujus sæculi appetam;
te verò Summum bonum, et omnium deliciarū
pelagum unicè non desiderem. En abyssus mi- ps. 41
seriæ abyssum invocat misericordia: sana me
Domine, illumina me, inflamma me, ut dili-
gam te.

3 Nunc recolam Domine Deus misericordiā,
quam speciatim exhibuisti animæ meæ. Heu
ubi nunc essem o benignissime Deus, nisi mi-
sericordes oculos tuos convertisses ad me, et
animæ meæ pepercisses. Errabam sicut
multi, qui perierunt, sed tu mei miser-

tus quæsivisti, et reduxisti me. O quoties descendi usq ad portas inferni, sed ne illuc cũ multis aliis intrarẽ, tu me tenuisti. Heu de te vix unquam cogitabam; tu verò incessanter curam mei gerebas. Multiplicabam numerum delictorum meorum. et tu mihi præparabas abundantiam gratiarum tuarũ. Reddebam mala pro bonis tuis. tu vero non desinebas reddere bona pro malis meis. Millies itaq; merui infernum; et millies, si ita loqui fas est, vis mihi dare cœlum. Verè misericordia tua magna est super me. Heu cor meum ferreum sit oportet, si iam ad tui amorẽ non moveatur. Ah tuum sit totum id quod vivo, et totus totum me tibi offero. Totus Spiritus, totum cor, totum corpus tota vita mea vot vivat tibi, vita mea dulcis. quoniam totum me liberasti ut totum me possideres. Diligam te igitur Dne virtus mea; diligam te ineffabilis exultatio mea, et vivam iam non mihi, sed tibi Soli.

S. August. Solil. c. 18.

Caput 20.mum
Aspirationes ad Deum ob ejus potentiam.

Esth. 13.

1. Domine Deus tu fecisti cœlum et terram, et quidquid cœli ambitu continetur, à te suã originem profitetur. A te omnia dulcia trahunt suam dulcedinem, omnia amœna suã amœnita-

dem, omnia pulchra suâ pulchritudine,
omnia iucunda suam iucunditatem, om-
nia serena suam serenitatem; omnia vi-
ventia vitam suam omnia intelligentia
suam notitiam, omnia perfecta suam
perfectionem, omnia demum qualicunq;
modo bona suam bonitatem: Verbo in te, † qua sunt in coelo et in terra:
per te, et à te sunt cuncta res, † tu regis
universa, tu operaris omnia. Ecquis ob-
sero Domine ad te accedere non festinet?
quis tibi perpetuò adhaerere non concupis-
cat, ut de bonis tuis delectet? tu enim
solus sufficis desideria cordis implere, et
à te solo quaecunq; videntur bona, sunt
expectanda. Et bonum mihi adhaerere Deo,
et ponere in Domino Deo spem meam. Do-
mine Deus non dimittam te, donec benedi-
xeris mihi, donec impleantur desideria cor-
dis mei, et de abundantia bonitatis tuae re-
pleatur anima mea.
2 Ecce Domine Deus sicut in manu tua
sunt omnes fines terrae, sic in manibus tuis
sunt sortes meae. Potens es Domine à
cunctis me liberare malis, potens es om-
nibus meis me beare votis: Ecquid à
te sperare possim, quod praestare nequeas?
nunquid non apud Deum omnia possibilia Matth. 19.
sunt? Tu enim o Domine Deus meus

per te ipsum potes dare, et agere non solum
id, quod omnis intellectus concipere, sed etiam
omne illud, quod tua infinita sapientia co-
gitare valet, cùm in te tanta et talis sit
potentia, quàm et qualis sapientia, quia u-
traque infinita. O Deus Deus meus semper
auxiliū præbere sperantibus in te, potens, semper volens ~~adiuvare~~, semper potens
† diligentibus te. semper volens bona tua communicare ~~tibi~~
me totum tibi comendo ô tota fiducia mea, ti-
bi me totum offero ô spes mea certissima,
in te me totum proicio, o salus mea unica.
Ah transfige medullas animæ meæ dulcissimo
amoris tui telo, perfode omnia intima mea
igneo charitate, ut vulneratus à te salubriter
langueam, et in te veluti deficiam
3. Potentissime Domine rex coeli et terræ
prov. 8 bene dixisti: Per me reges regnant, et legum
conditores iusta decernunt: per me principes
imperant et potentes decernunt justitiam;
Esth. 13. in ditione enim tua cuncta sunt posita nec
est, qui possit resistere tuæ voluntati. Certè
tua potentia attingit à fine usq; ad finem for-
titer, et disponit omnia suaviter: verbo tu fa-
cis mirabilia magna solus: et ideo tanto es
† animæ meæ amabilior, quanto mirabilior es † Ah te invoco,
† in tua virtute. exaudi, exaudi me Domine Deus meus, te
invoco: Ostende in me potentiam tuam, et

die: fiat lux, et fiet in anima mea lux, qua cognoscam te, et illustratus toto corde te diligam. O Deus effice, obsecro, ut spiritus meus frigidus, ac torpens totus incalescat. Suscipe, et posside me totum, o dulce solatium animæ meæ.

Caput 21.mum
Aspirationes ad Deum ob ejus opulentiam.

1. Domine Deus dixisti: mecum sunt divitiæ, et gloria, opes superbæ: melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam. O altitudo divitiarum Dei, quis eam comprehendere potest? quis eam enarrare sufficit? O divitiæ! ô opes, quæ cæsuperatis omnem sensum, quis det mihi, ut dignè promam, quod de vobis sentio. Domine Deus meus tecum sunt divitiæ, gloria et opes, nempe tecum sunt† immensa, et infinita bona; cùm enim sis immensus et infinitus necesse est, ut et ea, quæ sunt in te, sint sine numero et mensura. Deus meus cur non iam accedo ad te, cùm in te sint recondita omnia, quæ

prov. 8.

† Summa,

explere possunt vota mea? O dives omnium
S. aug. bonarum dapum superna satietatis opulentissime largitor Deus cur te non semper quæro? cur te non semper desidero? Deus Deus meus gemitus meus à te non est absconditus: sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus!

2. Melior est utiq; o amantissime Deus, fructus tuus auro et lapide pretioso: fructus enim tuus merces tua est, et hæc prorsus immensa, dicente te: merces tua ero magna
genes. nimis. Domine Deus, qui ipsemet es merces sanctorum tuorum, quosq; inæstimabilibus bonis et divitiis beare soles, sim totus tuus, et tu totus meus. Possideam te, et possidebo omnia; quidquid enim pretiosum, quidquid opulentum, quidquid desiderabile ulla ratione excogitari potest, id omne in te super omnem modum reperitur. O quantis igitur abundo divitiis, quantis affluo bonis, cum Deus meus, qui mihi magis est ego, quàm ipse sim tam immensa bona possideat. Ah amo te, o dulcissime, suavissime, amantissime, desideratissime,
Blos. in sacell. amo te amore magno magisq; amare cupio.

3. In viis justitiæ ambulas Domine Deus, ut ditas diligentes te, et thesauros eorum repleas. Igitur o anima mea si veras cupis divitias!

accede ad Deum, ambula cum eo in viis justi-
tia, id est, charitatis, justitia enim charitas
est: dilige itaq eum, in quo sunt omnes divi- S. aug. l de nat. et grat. c. 42.
tiæ, gloria, et opes, et ipse Deum communi- Sap. 7.
cabit de bonis suis, ac thesauros cordis tui
replebit; dicit enim propheta: delectare in Do- ps. 36.
mino, et dabit tibi petitiones cordis tui: non
unam, sed omnes prorsus petitiones dabit,
omnes implebit, vult enim ditare te, et
thesauros tuos replere, imo plus vult dare, largiri
quàm possis petere, quàm possis cogitare,
quia et se ipsum, summum, immensum in-
finitum bonum vult dare. Dominè Deus ps. 83
virtutum, beatus homo, qui sperat in te:
beatus homo: qui diligit te: beatus homo,
cuius anima adhæsit post te

Caput 22dum

Aspirationes ad Deum tanquam Patrem.

1- Quantus sum ego vilis terra vermiculus,
ut ad dominum immensæ Majestatis dicere
audeam, Pater. O verbum dulce! o verbum con-
solationis! o verbum magni amoris, Pater:
Pater, inquam, per creationem; nam ipse est deut. 32
pater tuus qui fecit, et creavit te. Pater Rom. 8.
etiam per adoptionè, quia accepimus spiritu

adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Pater denique per regenerationem baptismi, quo
1. Jo. 3. fit, ut filii Dei nominemur et simus.
O Deus quot titulis audeo te nuncupare patrem meum. O quantam laetitiam! ô quantam fiduciam cordi meo conciliat suavissimum hoc nomen pater. Sanè si cupiam liberari à malis, aut desiderem abundare bonis, clamabo ad patrem meum, et ipse exaudiet me, est enim pater infinitæ potentiæ, immensæ pietatis et bonitatis. O Pater mi, o amantissime pater en ruo in amplexus paternos, stringo te ulnis animæ meæ, monstra te esse patrem, fove me in sinu tua; fac ut amore tui tota ardeat anima mea, et impleantur omnia „desideria" cordis mei. ~~desiderium Exaudi, exaudi me o pie~~ Pater.
Parum ne mihi videri debet, o dulcissime Deus, quod te habeam pro patre; Quis tu? quis ego? Ego servus, tu Dominus. Ego pauper et egenus, tu ditissimus, et infinita opulentia Deus. Ego abiectus et contemptibilis: Tu rex regum, et Dominus Dominantium. Verbo ego nihil, tu omnia, quia in te, per te, et a te sunt omnia, et sine te nihil. Proh! quantum iam in altum

sublatum me intueor! quantâ nobilitate
decoratum me ipsum admiror, dum perpendo
o Domine Deus, quòd me in filium tuũ
adoptare dignerist. Certè conditio mea al-
tius ascendere nequit, nec est proinde, quòd
ultra requirere, aut maius desiderare pos-
sim; hac igitur sorte mea beatus procidens
coram te, adoro te, laudo te, et pro tam immenso fa-
vore gratias ago infinitas. At quia pater
meus es, ideo non solùm omni reverentia
honore et gratitudine, verùm etiam omni
amore, ac teneerrimis dilectionis amplexibus
dignus es. Ah amo te ô pater amantissime,
amo te, et amplector te ex intimis cordis
mei medullis. O ut te semper habeam, te
semper sentiam in fundo animæ meæ, nec
unquam separer à te pater amantissime
Dilectissime.

q et te patrem nuncupare audeã.

3. Verùm quid est, quòd sæpiùs inhiam ter-
renis? cur ea, quæ sunt in mundo quæro, cũ
omne bonum meum sit in cœlo. Ecce pater
meus, qui dives est in omnibus, qui invo-
cant eum, ipse est in cœlo, ubi verè divi-
tiæ, ubi vera satietas; gloria enim et di-
vitiæ in domo eius, et qui habitant in ea,

inebrientur ab ubertate illius ac de torrente voluptatis ejus potantur. Sursum itaq; elevare cor meum! apud patrem tuum, qui in coelis est, sit conversatio tua, nusquam enim in terra vera jucunditas, nusquam vera satietas; solùm enim satiaberis, cum apparuerit gloria patris tui. Ad te igitur suspiro o pater, qui es in coelis: adveniat mihi regnum tuum, hîc quidem per gratiam ita regnando in corde meo, ut totus sim tuus, et tu totus meus; illic verò per gloriam, ut videam te, ut fruar te in æternum multa.

Caput 23tium

Aspirationes ad Deum tanquam sponsum

1. O Domine Deus, quanta pietatis tuæ dignatio, quanta conditionis meæ exaltatio, Deum naturam humanam assumens, et procedens de thalamo tuo utero scilicet virginali veluti sponsus animæ meæ tanquam sponsæ tuæ copulari dignatus es. O dulcissime Deus si rex quispiam ætate floridus, aspectu decorus, moribus angelicis decoratus quamdam ignobilem, et deformem puellam sibi eligeret in sponsam, quanto hæi erga tam nobilem sponsum conglutinaretur mentis ardore?

v. s. Aug in ps. 18. et Bernard. Serm. 8 Dom. 3. post Epiph.

tanto utiq, ut præ amoris magnitudine, se
ipsam amplius non caperet, aut à se ipsa de-
ficeret. Qua igitur dilectione, o clemen-
tissime Deus, quo studio, quo ardore, quo
fervore anima mea ignobilis, quam tibi
desponsasti in fide et miserationibus te di- S. augustt
gere debet, qui es coeli et terræ dominus, med. c. 35
cuius gloria, decor, et pulchritudo exsupe-
rat omnem sensum. O anima mea unde
tibi hoc, quod ut ipse sit sponsus tuus, in
quem desiderant angeli prospicere, cuius
pulchritudinem sol et luna mirantur?
vide iam, quibus brachiis charitatis eum
amplecti debeas, qui adeo formosus, adeo
nobilis, adeo amabilis est sponsus tuus.

2. Quid est igitur, quòd hunc sponsum
Deum adeo excelsum, adeo nobilem non
toto mentis ardore diligas? cur eius
amore non tota deficis? num ideo, quia
ait quidam: Non est ei species neq; decor, Isai. c. 53.
et vidimus eum, et non erat aspectus:
nos putavimus eum quasi leprosum.
Ergo sponsus Deus foedus est? absit;
nunquam enim pulchrior, nunquam ama-
bilior, quam cum amore tui sputis foe-
datus, pugnis contusus, flagellis cæsus,

spinis coronatus, sanguine cruentatus, toto
corpore dilaceratus, despectus et ignobilis
pendebat in patibulo; ibi enim pietas; ibi gra-
tia, ibi misericordia eius, quæ sunt summa
et vera pulchritudo magis refulserunt. Ergo
ubique sponsus noster pulcher apparet: pul-
cher in cœlo, pulcher in utero, pulcher in
13. ligno, pulcher in sepulchro; nusquam enim
suam dimisit divinitatem, nec proinde
vamisit
suam || pulchritudinem. O amabilissime,
o pulcherrime sponse anima mea reple
quæso cor meum inextinguibili dilectione
tui, adeo ut sicut flamma usens totus
ardeam in tui amoris dulcedine.

3. Sponsus sta[illegible] tuus, o anima mea,
est pulcherrimus, quia ~~est candidissimus~~
cant. 5. 10 candidus et rubicundus, electus ex millibus.
Est nobilissimus, quia est Dei filius. Est
altissimus, quia super cœlos gloria eius.
Est ditissimus, quia ipsius est orbis terra-
rum, et ~~plenitudo eius~~ divitiæ, ~~quæ sunt in eo~~
Est suavissimus, quia eius dulcedo exsu-
perat omnem odorem. Est sapientissimus
coll. 2 in eo quippe sunt omnes thesauri sapientiæ
et scientiæ Dei absconditi. Est liberalissi-
Jac. 1 mus; dat enim omnibus affluenter, et non

improperat; imo Te totum tradit tibi ut
cor tuum prabeas illi: O dulcissime Jesu
Te anima mea non tantum cor meum
sed et totū corpus sed et animā, ac omnia
mea: accipe me totum; totus enim tuus
esse cupio, cum totus meus esse velis. Ah
appone cor meum dulcissimo cordi tuo, ut
ab eo incalescat, et totum amore tui
ardeat ac de sólo spiritu tuo vivat.

Caput 24tū
Aspirationes ad Deum tanquā amicū.

1. Sicut Summè exultaret mancipium, si
admitteretur in amicitiam sui principis, sic
non minor, imò longè major mea debet esse
lætitia, dum o benignissime Deus tua ami-
citia me participem facis, et amici nomine
me compellare dignaris. Quis ego, ut Dei
amicus nominer, et sim? Vnde mihi tanta
gratia? unde tam stupendus favor, ut liceat
mihi tecum inire amicitiam, imo intimam familiaritatem, adeóquidem, ut quò
ego tibi familiarior, eò tibi acceptior.
Proh! & sæpe repudiat homo hominis so-
cietatem, et ambit creator creatura sua
familiaritatem! clamat enim scriptura:

Psal 24.

Jac 4. appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.
O dulcissime Deus, quid, quaeso, accep-
tius mihi evenire potest, quam ut tu
summa majestatis Dominus appropinques
mihi; et ego vilis terra vermiculus
appropinquem tibi, et sicut amicus ami-
cum te alloqui, tuisq; amplexibus frui
merear, qui es tam amabilis, tam deside-
rabilis, tam nobilis, tam suavis, tam
delectabilis; non enim habet amaritudi-
nem conversatio tua, nec taedium convic-
tus tuus sed laetitiam, sed gaudium, sed
prov. 8 dulcedinem. Gustate, o interiora cordis
ps 33 mei, gustate, et videte, quoniam suavis
est Dominus: Beatus vir, qui ei adhae-
rere concupiscit.

Hieron in Mich. 7 2. Amicitia pares accipit aut facit;
et ideo o amantissime Deus, ut ami-
cus tuus esse possem, creasti me ad
similitudinem tuam: magnum certe
beneficium. Tum dedisti mihi maxima
2 Pet. 1 et pretiosa promissa gratiae, ut per haec
efficerer consors divinae tuae naturae: et
sic quodammodo me coaequasti primoge-
nito tuo participem me reddens infinitae

amicitia, quâ ipsi ab æterno conjunctus es. Quanta hæc dignatio! quàm ineffabilis honor! Verè tua erga me charitas transcendit omnem limitem, unde et meus erga te amor sit super omnem modū, oportet. O Domine Deus quid exultationis ex te accipio? certè dum cogito me abs te summa Majestatis Dño amari, quidquid intra me est præ gaudio colliquescit. Prorsus ob id ex animo lætor, quòd adeo bonus sis, ut amicus meus esse velis. Proh quantam operam impendere debent aulici, donec inveniant gratiam coram oculis sui principis, et ego non gratiam tantum, sed etiam amicitiam altissimi Dei pro lubitu mihi concilio; non enim plus à me exigitur, quàm ut eadem amantem redamem. Quid facilius, quid jucundius, quàm eum diligere, qui super omnia amabilis est, qui omnia desiderabilia in se recondita habet. Ah amo te mi Deus, & meorū amo te, o dilecte votorum, et si parū est amem validiùs. O filiæ Jerusalem si inveneritis dilectū meū, nuntiate ei, quia amore langueo.

3. O dulcissime Deus, vere amicus noster es, cum legem perfecta amicitiæ in nobis impleas. amicorum enim omnia sunt communia; et ecce omnia tua nostra fecisti, dum unigenitum tuum nobis donasti, proprioq corpore ac sanguine eius nos pascere consueristi. Inter amicos etiã perfecta est unio, adeo ut amici sint una anima, simulq mutuo conversari semper desiderent. Et
1. Cor. 6 ecce, qui adhæret Deo, unus est Spiritus cũ illo.
Sed et delitiæ tuæ sunt esse cum filiis
prov. 8. hominũ. O amantissime Deus, quid est homo, quia sic magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Cur non viscim o dulcissime amator anima mea cor meum tibi do, et semper tecum esse anhelo? Quæ sine amico non possum non misere vivere: Et si tu, ~~non possum insipidu est mihi vita mea, si tu~~ o benignissime Deus non fueris mihi sive omnibus amicus, "nimiũ" infelix ero, ~~miserrimus~~, quid vivam. Ah quam durus, et aridus sum sine te! quam stolidus et vanus, si amo aliquid extra te! quid enim totus mihi conferre potest mundus sine te? Revera, qui te habet amicum, possidet thesaurum bonum, imo bonum super omne bonum. Teneam te igitur, o unicum desiderium meum; possideam te o solatium meum: amplectar te te o æternum bonum, sine quo nihil est bonum.

Caput 25tum

Aspirationes ad Deum ob ejus amorem in incarnatione relucentem

